

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 9. Gigantes esse terribiles.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](#)

ret, secundum naturalem membrorum omnium inter se competentiam, modificatus est: atque ita id colligit, quod erat consequens; tanto fuisse Herculem corpore excelsorem, quam alios, quanto Olympium stadium ceteris pari numero factis anteiret: cur non, eadem proportionis ratione habita, ita inmodulanda status longitudinisque gigantæ præstantia fas esset ratiocinari? Plinius profectò ait, in Creta, dum terræ motu quidā mons disrumperetur, cadauer quadraginta sex cubitorum stans fuisse reperatum, quod alij Orionis, alij Otij fuisse crediderunt. Orestis etiam corpus, oraculi iussu refossum, cubitorum septem fuisse, historici tradunt. Iam verò ante annos propè mille, ait idem Plinius, vates ille Homerus non cessavit minora corpora mortalium, quam prisca conqueri. Nauij Pollionis amplitudinem annales non tradunt. Sed quia populi concursu pænè interemptus esset, prodigijs vice habitum. Tantæ fuit, videre prodigiosè procerum, voluptatis.

§. IX.

Gigantes esse terribiles.

Alij præter hos gigantes, sunt etiam ad utilitatem. Talem, ut paulò priùs indicauimus,

Plin. I. 7.

nat. hist.

c. 16.

uimus, Goliath Israëlitis Philisthæi oppo-  
suerunt, qui stans clamabat aduersum Pha-  
**1. Reg.<sup>17.</sup>**  
**4.**  
langas Israel, & dicebat eis: Numquid ego  
non sum Philistæus? Perterritus hæc vox, &  
ista viri armis, velut ferreo quodam mon-  
te, tecti vastitas, tota castra, quæ puta-  
bant se Stentorem audire, aut Polyphe-  
num, immò Enceladum aliquem intueri.  
Audiens enim Saul & omnes Iraelitæ ser-  
mones Philisthæi huiuscmodi, stupebant &  
metuebant nimis. Ita metuendus erat olim  
Pallas Euandri filius, cuius cädauer ingen-  
tis magnitudinis, magnum habens vulnus  
in pectore, Romæ, tempore Henrici III.  
Imp. An. 1057. repertum est. Ita se se eti-  
am metuendas exhibit vmbrae defunctorum:  
quæ quia longæ, ut plurimū sol-  
lent hominibus comparere, Hebræis occa-  
sionem dederunt, ut illis, velut proverbij  
loco, idem esset, apud Gigantes, quod est,  
apud mortuos. Hinc Prou. 21. 16. legimus:  
*Vir, qui errauerit à via doctrina, in cætu gi-*  
*gantum commorabitur: Vbi cœtus gigantum,*  
est cœtus mortuorum, sicut & Prou. 2. 18.  
vbi habet vulgatus textus: *Ad inferos se-*  
*mitæ ipsius: alij ex Hebræo vertunt: Ad*  
*gigantes. Aiunt enim ex Glossario Philonis,*  
dictio-

dictionem Raphaim gigantes sonare. Terrible ergo quiddam est gigas, si vel proceritas aspiciatur; ne dum si vires exerat. In litteris Indicis, quibus Sinarum res complexus est, memorat Melchior Nugnez Societatis nostrae Sacerdos; in Paquin, vrb; regia, portarum custodes quindecim pedes esse altos, giganteæ vtique proceritatis. Enim uero testatur idem author, alijs litteris, An. 1555. regem Sinarum quingentos eiuscmodi gigantes alere corporis sui custodes. Quapropter usque adeo non sine caussa creati sunt enormiter magni homines, ut non modò ex raritate pariant intuentibus delectatione, sed etiam grande, apud grandes, emolumentum largiantur. Quale & ab illo promanauit, qui à S. Maclouio ad vitam renocatus, & baptismo tinctus mira de alterius vitae statu aperuit. Sed hoc emolumentum naturam superauit, & alteri vitae profuit.

§. X.

*Voluptas, & utilitas pariter de Galerio, &  
Ænothero giganteæ fortitudinis viris  
percepta.*

Alij gigantes viribus corporis utiles pariter atque mirabiles extiterunt, in quo-

rum